

4.

DE  
ESSENTIARVM SPIRITVOSARVM VSV  
SALVTARI ET INNOXIO

DISSERIT  
SIMVLQVE  
NOBILISSIMO ET CLARISSIMO  
DOMINO  
**DANIEL. DIETRIC.  
IACOBI**  
MEDICINAE CANDIDATO  
DIGNISSIMO  
SVMMOS IN ARTE SALVTARI HONORES  
DISPV TATIONE

DE  
VENENATA VINI MEDICAMENTI ET ALIMENTI  
OPTIMI VIRTUTE

ANNO S. R. CIQ 10CC XXXX D. XXIX. MART.  
VITEMBERGAE HABITA

GRATV LATVR

**D. AVGVST. FRIDER. BERTRAM**  
MEDIC. PRACT.

de

ESSENTIARVM SERVATOSA RVM  
SALVATRIS INNOXIO

diessentis

SIAM 643

NODIFASIMO ET CIPARISSIMO  
NOMINO

DYTRIC DEDICATA  
ACCOLADA

STASIMAE ET CAVITATUM

DISSIMILIA

SCULPTORVM ET ASTER-SERVATRI HONORES  
DIPLOMATICI

ITIZIMA TE PIZZACINI ET MANTOVIANI  
ETUTA PIZZACINI

PIZZACINI ET MANTOVIANI

ETATRUM ET MANTOVIANI

ETATRUM

DAVAT. PRIDER-BERTYAN  
MERG-PREACT



Hippocratis immersus fore labor,  
cui neque nostra, neque maiorum  
nostrorum memoria ullus  
aequiparandus, maxima, licet a  
multis illi denegetur, dignus est  
admiratione. Hic enim tot artis  
medicae riuulos, longe lateque  
dispersos, in unum quasi dedu-  
xit mare. Medici inde ad unum  
omnes Hippocratis Theoriam,  
et recte quidem, optimam esse existimant. Vni certe cuique  
nostra aetate cognitum perspectumque erit, recentiores  
omne id, de quo in hunc usque diem certant, litemque mo-  
uent, non aliunde, nisi ex eius scriptis sumfisse. Hac Theo-  
ria, ab Hippocrate inuenta, Medici debebant esse contenti,  
praesertim cum tantus, uel in formanda prognosi, uel elegan-  
tioris artis doctrina, quantus Hippocrates, fuerit nemo. Huic  
Theoriae si propria inuenta, experientia experimentu, ex  
diuersis scientiarum generibus petitis, confirmata, a. i. issent,  
sensim paullatimque artis salutaris certitudo creuerit, eam-  
que stabilitatem magis probatamque haberemus. Ast medi-  
corum contentionibus factum est, ut tot fatales artis medicae

periodos, eiusque faciem ipso bombyce crebris mutaram, inueniamus, ita, ut hodie, quem imitetur, quidue assentat, fere sciat nemo. Accedit et hoc, ut illi, qui ex hac uel illa medicorum, celebritate nominis clarorum, schola sunt progressi, alios, aliorum methodo deditos, in debole fere odio prosequantur, mores praceptorum suorum imitantes. Quantum autem ab ipsis disceptationibus ars medica ceperit damni et detrimenti manifesto praesertim in praxi experimur. Sed quo conuenientior rationi, quo artis naturae propinquior Theoria Hippocratea, eo ingratiorem et naufragiorem medicamenta conficiendi ac propinandi modum Galenus. eiusque sectatores, nobis reliquerunt. Pulueres illis innumerabilium herbarum, Rad. Cortic. Decocta ingrata, melle aut Saccharo irrorata indelicis erant. Diocorides Lib II. toto Capite XC.VIII de stercoribus, eorumque interno et externo usu differit.

Haec olim veterum erat medendi methodus simplissima, magnique ab illis aestimata. Sequioribus autem temporibus Medici minime oleum et operam perdidisse uidentur, cum, reiectis obsoletis molestisque, meliorem pariter ac gratiorem parandi rationem medicamenta excogitarint. Quorum ad numerum instauratorum sanioris artis medicae refero Valerium Cordum, qui patrum nostorum memoria anno 150.15.11. Nerobergae suum diuulgauit Dispensatorium, ubi monet, se inutilia antiquorum reieccisse. Hunc faustis auspiciis et feliciori successu secuti sunt Zvvelferus in Animadu. Pharmac. August. et Ludouici in Pharmac. mod. secul. accommod. Longe autem meliori facie artem medicam Chymiae Pharmaceuticae inuenio ornauit. Optimus enim Essentias, Elixiria, quo purum ab impuro, utile ab inutili, ope spiritus uini, separatur, modus est conficiendi. Ille temporibus Basiliu Valentini et Paracelsi in usu non uenit, id quod huius Elx Propriet. testatur, illius vero Tinetur Antimonii comprobatur. Praestat sane modus, ubi in compendio aegrotis porrigitur, quod alias naufragis haustibus deglutire cogerentur.

Sed

Sed ad frequentes mutationes quasi ars medica mihi  
videtur excogitata. Sunt, qui usum Effentiarum, Spiritu  
uini confectionarum, ob vanum Sanguinis orgasmi metum  
bodie in totum reiiciunt. Seniores practici, magnique no-  
minis medici, nulla fere alia discipulis suis medicamenta  
commendant, quam pharmaceutica usitata. Vix autem a  
iunioribus practicis praescribuntur morbo quodam labo-  
rantibus, uix istis senibus transmittitur mendendi ratio, de  
illa ut iudicent, cum iam antea laudata et depraedicata  
contemnant, et pro inutilibus habeant, dicentes : Was  
können solche Sachen helfen ? Contra ea sua laudibus  
efferunt inuenta, uti Pil. Pulu. Eff. dulc. Imo omnium  
morborum radicem nullo alio remedio extirpari posse  
putant, quam aquis mineralibus, lacteque, et ad summum  
rhabararo. Qui sit, ut, qui nostra aetate, aliis approban-  
tibus, medicamenta labe morborum affictis, commendat,  
uix quisquam inueniatur. Quilibet sibi methodum me-  
dendi fingit, propriamque habere gestit. Hanc ille qua-  
uis laude dignam putat, quam alter despicit. Sed hic ue-  
teranorum practicorum mos, hoc artificium eorum, quo  
singularia plane praescribere et commendare putantur. Sed  
certo tibi habeas persuasum, totius singularis artis arca-  
num in diaetae accurrioris, motus, animi tranquillita-  
tis, aeris mutationis, uinique generosi consistere com-  
mendatione ; alias enim aquae minerales pree com-  
munibus parum aut nihil, teste experientia, efficerent.  
Qui virum quandam eruditum, ictero nigro laborantem,  
& ab omnibus medicis, de illius salute desperantibus, dere-  
lictum, & semetipsum aqua communi & quidem algida resti-  
tuentem, qui id peculiare haberet, ut facta singulari quadam  
corporis agitatione uomitus exciter, sudorem & plurimas fe-  
des promoueat, dummodo corpus diligenter moueatur. Con-  
siderandum quoque, quanta intercedat proportio inter totum  
corpus debilitatum & deglutitionem L. usque C. mensuras  
aquarum. Effectus hic restatur de re ipsa. Si quid pre-  
starent istae aquae in eo certe consiperetur, cum quotidie

aegroti ipsis uexitur. Intus diuites aquarum mineralium  
haustus tam cupidi sunt, ut ubi fere opprobrio duci putent,  
nisi quotannis istius portionem quantum bibendo consunant.  
Reuera autem medicamenta pharmaceutica nulla alia re-  
taceant, quam nouitate, animi relaxatione, dapibus, uini fre-  
quentiori usu, motu, itineribus amoenitatis plenis. aeris mu-  
tationibus, & similibus, iam dudum ab Hippocrate in mor-  
bis chronicis adhibitis. Addo iucundas conuersationes; eius-  
modi enim aegrotis omnia, quae corpus recreant, animum  
exhilarant, sunt concessa. Hac methodo efficta supersedere  
possimus pharmacorum aut simplicium uirtutum perscruta-  
tionem. Absit uero, ut omnem aquarum mineralium usum  
repudiemus, errores tantum, per nimiam earum commen-  
dationem in praxin medicam introductos, nostro quasi iure,  
notamus.

Quodsi uero his medicamentis eo usque homines ca-  
pti sunt, ut uix aliis utantur, Thermas longe melioris usus esse,  
experientia teste, confirmo. Interim suis indulgent in genii,  
medici, aquas minerales tam necessarias, tamque pretiosas  
uendirantes, adhaereant illis, per me licet. Nobis eriam  
quidlibet audendi aequa erit potestas. Insistamus methilo,  
quam utilem, quam tutam experti sumus, pharmaceuticae.  
Retineamus illam, adhibitis simul, quae in omni subiecto ex-  
plorando sunt necessariae, cautionibus: quippe quod cuius-  
libet boni medici officium est.

His praemissis, ad ipsum nostrum ueniemus propositum,  
& breuiter strictimque de Medicamentorum, ex spiritu  
uini confectorum, exponemus uirtutibus, atque ita quidem  
rem expediemus, ut, quibusdam Quaestionibus propositis,  
eisque ab aduersariorum opinionibus defensis, quid de illo  
spiritu sentiendum sit, paucis explicemus.

Spiritus uini est subtilissima oleosa inflammabilis pars  
frumentorum aut uinorum, mediante fermentatione, seu inti-  
ma resolutione a mucilaginoso principio separata, & per destilla-  
tionis modum educta. Differt spiritus uini ratione origi-  
nis, subtilitatis & bonitatis. Ex uinis, ope destillationis, elici-  
tus,

tus, subtilior est eo, qui ex variorum generum frumentis producitur. A quo in hoc etiam iterum discrimen ratione subtilitatis, testante Ludouico, deprehenditur. Omnia dulcia, fermentationi commissa, spiritum ardente suppeditare, nec inueniuntur. Haec in genere praemonenda erunt, nunc ad speci huius ueniendum, ubi quid mihi videatur, illis, quae sequentur, dabo quaestionebus:

Vtrum spiritus uini, rite paratus, corporibus humanis,  
licet debilibus, noceat?

An extractio, hoc mediante, fieri possit, ut integrum  
simplicis uitutem, in se eontineat?

Chronicisque et acutis in morbis essentiae spirituosa*e*  
secure adhibeantur?

### QVAESTIO I.

Num spiritus uini rite paratus corporibus  
humanis, licet debilibus,  
noceat?

**Q**uod ad hanc quaestione attinet, ex illis, quae supra diximus, patet, spiritum uini unam eandemque cum ipso uino habere originem, nascuntur scilicet fermentatione. In utroque subtile quoddam acidum inuenitur, eo tamen discrimine, ut in uino generosiori sit subtilius, in uilioribus autem eo acerbius, quam in ipso spiritu frumenti. Quod si itaque ambo, quo primum nascuntur, statim arte destillantur suppeditant spiritum inflammabilem & acidum phlegma, promte lac coagulans, quod spiritus phlegmate destitutus haud efficit. Spiritus uini itaque particulae sunt oliosae sulphureae, quae celerrime motu aethereo agunt, partes nervosas musculosas & membranaceas roborando. Quam obcauissam

caussam meliorem sanguinis circuitum promouent, quod  
uariis, iisdemque certis, suffulciemus rationibus : α) Siquis  
post cibum nauseam et praessionis sensationem à ventriculi  
laxitate habet, modicam autem spiritus uini portionem in  
aqua sumit, & successiue deglutit, grato sensu agit, à gula  
usque ad ventriculum roborando, ructus propellendo, mo-  
tum peristalticum augendo, sanguinis circulationem sensim  
paullatimque augmentando, & consequenter, praesente calo-  
ris augmento, meliorem ciborum digestionem efficiendo,  
immo transpirationis elisionem excitando. Idque efficit sine  
metu coagulationis lymphae, nam phlegma acidum, de-  
stillationis ope, iam separatum est, spiritus autem lac mi-  
nime coagulat. Accedit, ut in ventriculo Chy'us non ad-  
sit, sed massa semi cocta, quae robore ventriculi, melioris  
digestionis caussa, adhuc indiger. Ante uero quam illa  
massa in Chylum invertitur, virtus spiritus iam auolauit,  
membranosisque paribus efficaciam communicauit, qua  
propter minime noxam coagulandi lympham & sanguinem  
inferre potest. Vbi autem acida in ventriculo iam  
haerent, ibi & spiritus uini, & optima quaevis uina sodam  
uomitusque excitare solent. Hinc acido stimulus adiicitur,  
quo ventriculus eo fortius stimulatur, quod, remotis aci-  
dis, non obseruamus. β) Diuitibus, qui quotidie largiter  
uino fruuntur, nullam inde manifestam noxam accrescere  
viden'us, licet uinis omnibus acidum coagulans, in pri-  
mis uino Rhenano licet spiritus ardens, insit. Si quis  
itaque mensuram uini dimidiā bibit, nonne spiritus arden-  
tis copia maior est, quam si quis xxc uel c. guttas spiritus uini  
deglutiat? In eo autem uerlatur discrimen, quod unum  
phlegma copiosum, spiritui coniunctum, in se habeat. Hoc  
si etiam cum spiritu uini tentaretur, additis aliis aquofisis,  
idem effectus, uel forsan melior, quam de uinis ipsis, esset  
expectandus; praecipue si alia selecta carminativa illi im-  
miserentur, uti Kunckelius in Laborat. Chym. p. 144. do-  
cet. γ) Praeterea illi proprium est, spiritus minerales aci-  
dos maxime corrodentes ita immutare, ut incomparabilia  
medi-

medicamenta roborantia & neruina inde proueniant. Cu-  
ius generis est Liqu. Anodyn. mineral. excellentissimi Hoff-  
manni, item Vitrioli Salis, Nitri, quae qualitas nulli alii li-  
quori tribuenda. δ) Tandem uirtus, partes solidas robo-  
rans, in oculos incurrit, fibras enim conuassatas ita  
roborat, ut sanguis stagnans promte dissolui queat. Noxam  
autem, illi adscriptam, inde enaram putemus, cum homi-  
nes in eadem quantitate spiritu uini uti uolunt, qua uino;  
quod sanitati minus est consentaneum, quia tota pars spi-  
rituosa est, tantaque ui pollet, ut parce tantummodo, aquis  
dulcibus mixta, sit usurpanda. Hoc deinceps modo eun-  
dem, quem ab ipsis uinis, effectum, sine coagulationis &  
sanguinis metu, expectare possumus. Quod ex eo in primis  
apparet, quando milites nostrates in Hungaria & Italia ui-  
nis abutantur, in pericolosissimas incident febres acutas con-  
tagiosas. Contra ea magnum inueniunt sanitatis praesidi-  
um in solo frumenti spiritu. Sic illi etiam, qui remedio  
domestico, aqua carminativa dicta, utuntur, plerumque  
a morbis uiuunt immunes, nisi quod plethora augmenten-  
tur, et purpura scorbutica facile afficiantur. Sed haec usui  
huius remedii minime adscribenda, sed plethorae, quae uenae  
sectione aut scarificatione auferri potest. Recte itaque con-  
cludimus, spiritum uini per se, & sua natura, nemini nocere.

## QVAESTIO II.

*An extractio, hoc mediante, fieri possit, ut  
integram simplicis uirtutem in se  
contineat.*

Spiritus quia pars oleosa sulphurea est, praecepue sibi  
cognata, oleosa scilicet, bituminoso-resinosa extrahit,  
et quod praeceps docet, in extrahendo id praestat, quod  
B ne

ne ulli quidem liquori praestandum. Herbae absynth. Cent. min., aliae, si cum aqua coquantur, liquorem amarum tantummodo accipimus, si uero deinde spiritu uini extrahan-  
tur, odore, sapore et virtute indicant, non aquam, sed spiri-  
tum uini ad principia extrahenda aptum esse. Extractio  
Succini Benzoes, plurimae radic. Cortic. sem. uirtus non  
alio, quam hoc menstruo, acquiri potest, relictâ infundo  
inutile substantia uentriculum ordinarie aggrauante. In eo  
autem vulgo error latet, quod non rite sint praeparatae.  
Quemadmodum non pauci putant, eos, quae a medicis  
conficiuntur, non differre ab illis, quae uenduntur a Thu-  
ringis. Triplici autem, apte conficiendi essentias, modo,  
Chymicos illis anteferendos esse, ostendemus. a) Ex sim-  
plicibus omnia utilia principia extrahenda sunt, donec spiri-  
tus uini non amplius tingatur. Omnes extractiones cu-  
curbitae immittantur, et l. a. abstrahatur portio spiritus,  
prout artifici uisum fuit, et quod infundo remanet, essentia  
uocatur, eaque magnae est efficaciae. b) Alter modus flu-  
it ex spiritus indole, cum ipsius proprium sit oleosa sulphurea  
in se recipere. Sic Spirit. uini tartarisatus, aut super alumine  
abstractus, olea destillata promte solvit, uti cinnamomum,  
caetera. Tali modo in momento essentiae et aquae confi-  
ci possunt, si modo essentiae aquis immisceantur. c) Ter-  
tius modus absoluitur fermentatione, e. g. herbis, radicibus  
contusis affundatur aqua, facta maceratione addatur sac-  
charum aut mel, item fermenti cereuisiarii portio, tum omnia  
in locum calidum seponantur. factaque fermentatione suffici-  
enti, destillatio instituenda est. Atque ita spiritus ardens  
gratus, simplicis odorem et efficaciam continens, teste spiri-  
tu Pimpinel. alb. intigni remedio pectorali, elicetur.

### QVAESTIO III.

*Num in acutis Chronicisque morbis essentiae  
spirituosa tute adhiberi queant?*

**P**rimo in acutis praecipue malignis materiae peccantibus consideremus indolem, cui opponatur medicamentum. Est autem illa sanguinis uappida putredinosa constitutio. Hacc materia, omnibus visceribus, immo interstitiis fibrarum musculosarum quasi gluten inpaecta, ad imminentes *soreas* ditposita est, unde corporis insignis languor et angustationes praecordiorum. Secundo ob insignem fibrarum musculosarum caeterarumque partium atoniam duplex curandi caussa datur, scilicet, ut et tonus amissus in partibus solidis instauretur, et *soreas*, tam in visceribus, quam in carnosis reliquis partibus, auertantur. Primae indicationi ut satisfiat, remedium aptius, essentiis ipsis, ex selectis remediis confessis inuenimus nullum. Istaessentiae sensu, naturae grato, vires et tonum, valde depreditum, reficiunt, et meliorem liberioremque sanguinis circuitum efficiunt. Hic autem effectus ex robore partium fluit, deficiente enim tono, nulla propulsio, nulla preparatio, nulla debita humorum abstergit speranda. E contrario inflammationes, stagnationes et *soreas* in visceribus eueniunt, quae symptomata essentiarum usu superare possumus, in primis, si essentiae, quae ad morbi rationem quadrant, adhibeantur, statim leuamen sentit natura, longeque meliori successu morbus opprimitur. Maxime itaque miror, quando in febribus, ex uano contenti acidi subsequentes humorum exagitationis metu, essentiarum usus aspernatur, loco autem eorum CC. philos ppt. CC. t. Δ ppt. et alia absorbentia, uentriculum aggrauantia, commendantur, quae neque uentriculus, neque intestinorum canalis, concouere possunt. His remediis febrium malignitati parum aut nihil detrahitur, propterea quod minime sanguinis massam penetrant, caussaque morbi non lateat in uentriculo, modo

etiam illo atoniae partium haud succurratur. Quod si etiam  
praeterea subtile accidum essentiis inesset, eam tamen ob  
caussam non reformidandae. Namque acida non semper  
agunt coagulando, uti in Mixt. simpl. uidemus. Sic san-  
guis hircinus, in aceto sumptus, resoluit, et quod interne sta-  
gnat, discutit, quem insinem ueteres pulu. Bezoard. rad.  
Torment. adduntur, quidque efficit acidum Citri? Nullo  
aliо haec omnia modo agunt, quam roborando, et vim  
elasticam fibrarum excitando. Forsan aliquis obiiciat, Be-  
zoardica in substantia posse usurpari. Concedimus, sed,  
quo effectu, experientia docebit. Namque unum idemque  
non est, quodnam seligamus remedium ad roborandum to-  
num et Diaphoresin simul excitandam. Addo, uentriculum  
adeo esse debilitatum, ut omnia reiiciat, item a Bezoardicis  
pulueribus calorem siccum plerumque incitari. Et quam  
ob caussam uescitoria in eiusmodi morbis applicantur?  
nulla certe alia, quam ut corpori nouus uitalitatis sensus  
concilietur, et naturae calcar adiiciatur, quo corpus maxi-  
me debilitatum, et fere exanime, novo quasi imperu adigitur,  
ut morbum, testantibus iisque succendentibus crisiis, depel-  
lat. Experientiae officiunt medici, qui essentiarum usum  
in febribus acutis disuadent. Tempore morborum epidemi-  
corum, uomitorio praemissio, essentiae l. a. praeparatae,  
Scord. Pimpin. alb. cort. Cascaril. citri, optime per Dia-  
pnoen operantur, et praeter uirtutem roborantem, angustationes  
praecordiorum, ipsa more acerbiores, feliciter tol-  
luntur. Sanguis etiam uappidus, spissus, circa uenticu-  
lum collectus discutitur, transpiratio successiue augetur,  
principue matutinis horis ita agunt educendo. quod antea  
moribus erat abstersum, ut sub urina cocta apparet, insi-  
gni sane aegrotantis solatio, hac via, unoque remedio, dupli-  
cem sinem, transpirationem scilicet, atque alias crises, et ro-  
bur partium solidarum, consequimur.

In ipsis etiam febribus inflaminatoriis mixtura sim-  
plex egregie discutit, sudoresque pronouerit, quae crisis sae-  
pius obseruatur, cum haec naturae sit indoles, ut omnibus  
fere

fere morbis per sudorem finem imponat. Deinde, Superatis  
morbis, necessaria est perpetua transpiratio, iterumque ro-  
bur uentriculi reficiendum, quod nullo alio remedio, quam  
his fieri potest essentiis, dummodo ex rite temperatis remediis  
sunt confectae, eaque cautione adhibentur, ut semper suffi-  
cientia liquida addantur.

In morbis chronicis utilitas essentiarum maxime appa-  
ret. Hospes eset in arte, qui nesciret, quid in mouum exci-  
tatione, si deficiunt, interne atque externe per illas effici pos-  
sit. Nihil certe felicius uentriculo, quippe qui ex puris  
membranaceis et neruosis consistit partibus, in illis afflictio-  
nibus, quae ex atonia, nimia flatuum distensione, debilique,  
digestione oriuntur, succurrit, nihil gratius roborando agit,  
quam essentiae selectae. Quarum in numero sunt, Liqu.  
Anedyn. mineral. Nitri, Salis. Eff. Cort. Cascaril. et reliqua  
composita. Quo bono effectu impetrato febres intermit-  
tententes auertuntur, cruditates remouentur, quae in malo hy-  
pochondriaco multis incommodis uiam sternunt. Insignis  
etiam est in pectoris morbis horum remediorum usus. Par-  
tes enim roborantur, ita, ut aucto eorum motu materiis  
praeparatis, ipsa e corpore eliminari queat. Motus irregu-  
lares, qui in malo hysterico occurunt, essentiis leniter  
anodynus et sedantibus certissime in ordinem reducuntur.  
Hippocrates ipse castoreum, uino coctum, feminis hystericis  
commendat. Febres intermitentes unico haustu Eff. ama-  
rae, in primis deficiente digestione, emedio tolluntur. Ob-  
seruamus enim amara uice bilis fungi, aluumque semper  
apertum conseruare. Reliqui morbi, qui atonia fibrarum ni-  
tuntur, optime essentiis mitigantur. Partes fluidae tinctura  
Antimonii Tartar. aliisque, egregie purificantur. Nec prae-  
tereundam esse, arbitror, essentiam dulcem Halensem πολυ-  
χρεσον illud remedium, in omnibus morbis proficuum. Prae-  
termittamus usum externum roborantem, purificantem, et  
consolidantem certissimum. Sufficient haec certa de re dicta,  
atque eum tandem insinuam prolixa, ne omnia pharmaceuti-  
ca usualia flocci putentur, contra ea aquarum nūs  
effera-

efferratus. Sufficient, memorem praesixae metae me esse  
oportet. Quid enim nec tam moras, cum Tui caussa, Nobis-  
lissime Candidate, Tibi, non mihi in honorem, hunc susce-  
perim laborem? Tua diligentia, Tua indefessa industria  
ex merito summos hodie artis salutaris consequitur honores.  
Non sine fructu medicorum Philosophorumque monumen-  
ta diurna nocturnaque manu trivisti, ea non modo legisti,  
sed assidue perlegisti, relegisti, Horum sententias tuo per-  
pendisti iudicio: namque in magistri cuiusdam uerba iurare  
Tibi semper fuit molestum. Contigit Tibi singularis, Excel-  
lentissimos Experiens mosque artis salutaris Professores audi-  
endi, fortuna, quorum ab ore pendebas, quos duces Tibi  
seligebas, quorumque dicta scriptaque perpolita in usum  
Tuum diligenter uertebas, Practicis etiam studiis cupi-  
dissime inferiens, labe morborum afflictos frequen-  
ter uisitabas. Tertis sum docti Tui laboris, de cuius  
fructu exoptatissimo, quo iam frueris, Tibi perhumani-  
ter gratulor. Accipe igitur hoc quod Tibi in honorem  
prodiit, opusculum, ea, qua soles, humanitate. Crede mihi,  
me nihil unquam praetermissurum, quod ad nominis tui  
splendorem amplificandum, humanitatemque, qua me huc  
usque prosequi uoluisti, remunerandam, spectare videatur.

Scribem Vitembergae d. III. ante Kalendas April.

1500 XXXX.

---

VITEMBERGAE

LITTERIS SCHEFFLERIANIS.